

scilicet. & expresse deducitur ex l. c. Matt. 24. Misere Angelos suos cum vobis, & vobis magna, & congregabunt electos eius a finibus ventis, &c. sic etiam dicitur Augul. in Plal. 49. super vers. 11. Congregate illi sancti eius, ubi ait, quod vox divina; & prophetica videns futura, tamquam presentia, exhorruit Angelos congregantes, miser enim Angelos suos, & congregabunt ante eum omnes gentes; sic pariter Hieronymus in eundem locum ergo per Angelos fiet haec adductio, seu congregatio electorum ad locum iudicii. Et quamvis aliqui dubitarent, an etiam reprobi bonorum Angelorum ministerio, vel potius malorum sine congregandi in loco iudicii, & hoc secundum magis approbaverint, eo quod loc. cit. Matth. de solis electis mentio fiat. Adhuc tamen probabilis est, quod etiam reproborum congregatio per Angelos bonos fit facienda, nam rationes id probantes de collectione cinerum, idem pariter probant de eorum congregatio, & adductione facienda ad locum iudicii, & hoc etiam deducitur ex eodem loc. Matth. 24. cit. ubi ait, quod excitavit Angeli, & separabunt malos de mentis iustorum, talis autem separatio ab eis fieri non poterit, nisi bonos in aera ducendo mox in ignem eternum mittendos, & adhuc expressius idem habetur Matth. 14. his verbis: In consummatione saeculi miseris filius hominis Angelos suos, & colligens de regno eius omnia scandala, & eos qui faciant iniquitatem, & misit eos in caminum ignis, tunc isti subleventur ergo Angeli boni colligent simul, & congregabunt in consummatione saeculi bonos, & malos, iustos, & reprobos ad locum iudicii adducendos. Neque officit quod in c. 24. dicit Mattizus, quod Angeli boni congregabunt electos nulla facta mentione de reprobis, quamvis enim ibi fiat mentio electorum, non tamen reprobi excludunt, sed vel intelligitur pars pro toto, vel de eis fit specialiter mentio, quia specialis quodam, & glorioso modo isti congregabuntur rapti in aera obvia Christo Domino, non sic reprobi, qui miseri relinquuntur in terra vallis Josaphat, vel tandem de solis electis ibi fit mentio, quia ipsorum tantum est resurrectio proprie dicta ad vitam, reproborum autem ad mortem sempiternam, & damnationem.

37 Quarto dicendum est, quod dispositio, seu organizatio factitatorum corporum non fiet ministerio Angelorum, quomodo actio in solo motu locali terminatur, sed virtute, & efficacia Christi, & illa formatio corporum erit in instanti, ita Scot. l. c. s. De secundo dicit, quod probat, quia Angelus non poterit illam formam substantialem inducere in materiam, virtus autem divina est potius successiva agere, & successiva inducere formam, sicut virtus creata, tamen magis congruit, quod illa virtus formam inducibilem in instanti inducat in instanti, quia nunquam est successio necessaria, nisi propter aliquam defectum agentis. Hoc etiam tenet Suarez, l. c. cit. contra quosdam dicentes etiam organizatio corporis faciendam esse opera Angelorum, quod evidenti ratione impugnat, & refellit, quia Angelus, non potest vi, & efficacia naturali materiam alterare, aut ad formam substantialem deponere, fingere autem elevari, ut instrumentum ad huiusmodi actionem, voluntarium est, & sine ullo fundamento, alioquin ea dea ratione dici posset efficere resurrectionem ipsam, ut instrumentum Dei, quod supra impugnatum est, quia tam Scriptura, quam Patres hunc effectum Deo specialiter tribuunt excludendo concursum purae creaturae tam per modum causae principalis, quam instrumentalis, & argumentum a prima hominis creatione, & formatione corporis Adam recte applicari potest, ut advertit Hiquens l. c. in Comment. nam ex nullo speciali ministerio videtur Angelis convenire actio instrumentalis magis respectu secundae formationis, quam respectu primae, neque ex modo loquendi Scripturae, neque ex natura actionis magis excluduntur Angeli a prima hominis formatione, quam secunda, neque Patres aliter de utraque loquuntur, ut procedunt ex potentia, & sapientia Creatoris, sed in prima hominis formatione Angeli cooperatores non fuerunt, nec per modum causae partialis principalis, nec per modum instrumentalis, & oppositum fuit error Philonis, Cerinthi, Basilidis, & Manichaeorum, qui verba illa facimus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, respective etiam ad Angelos intelligebant, quasi ad illam formationem ipsi quod cooperatores fuerint, quem errorem damnat communis sententia Patrum Ambrosii, Basilii, Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, Augustini, & aliorum, quia verba illa Ad imaginem, & similitudinem nostram ad Angelos nullo modo referri possunt cum ad eorum imaginem, & similitudinem non sit homo; ergo &c.

Confirmatur, quia nullibi legitur in Scriptura Angelos aliter ad hominis resurrectionem fore cooperaturos, quam colligendos electos a quatuor ventis per collectionem illarum cinerum, aut ipsos ad iudicium convocando, supposito quod in di-

versis locis, & non in uno resurgunt, de quo infra q. seq. aliam ergo efficaciam ex doctrina Scripturarum, & Patrum in proposito eis tribuere non possumus.

38 Quinto tandem dicendum est, solum Christum Dominum sine ullo Angelorum ministerio nostram resurrectionem unionem, & proprietates omnes, ac perfectiones inde consequentes, ita hanc animatio sit a solo Deo immediate, ita Scot. q. 1. cit. s. De secundo dicit, quomodo autem Christus etiam ut homo erit causa nostrae resurrectionis, iam declaratum est art. praeced. Adde deinde, quod hanc animatio non erit tantum in instanti propter rationem dictam, quia scilicet est a solo Deo immediate, cuius virtuti activae nihil resistit, sed necesse est eam esse in instanti, quia non potest esse successio in receptione formae, nisi propter partes formae inducendae, vel propter partes corporis, quarum una prius recipit formam, quam alia, sed utrumque potest poni in hac animatione corporis organizati. Non primum, quia illa anima in unico gradu in quo creatur, remittitur, ita quod licet pars aliqua corporis possit esse perfectior alia, tamen hoc nihil facit ad propositum ad successivam unionem ipsius animae. Nec secundum potest dari, scilicet de primo animabilis, quod cum est proportio animabilis primo, ita quod nihil eius potest animari, nisi totum simul animetur, licet forte de multis partibus corporis, quae non sunt simpliciter necessariae ad animationem, ut sunt manus, pes, & ceterae partes, una polita animari prius, quam alia, sed loquimur de prima animatione. Adde denique animationem fieri in eodem instante, in quo formatur est corpus, & organizatum, quia organizatio corporis est dispositio necessitans ad animae infusionem, quatenus Deus ejus creator ita struit, non ante in eo, quod simpliciter, & absolute loquendo repugnat corporis organizatum ab eo anima conservari posse. Et tandem quereas, an eadem mutatione inducatur forma corporis, & animae, negativae respondet, quia forma corporeitatis per veram mutationem inducitur, cum ejus privatio duratione in materia privassetur, quae praeinde formam illam recipiens aliter se habet nunc, quam prius, unde formatio corporis fit per veram mutationem, non sic ejus animatio, sed anima inducitur, quia non praesedit duratione privatio formae in materia, id est, animae in subiecto proximo, quod est corpus, nunc in eo instanti, quia nata est inesse privatio inducitur forma, & sic vera materia mutatio non intervenit, ad quam requiritur subiectum duratione praesedit, aliter enim non haberet nunc, quam prius, supposito subiectum prius fuisse, quod in proposito non contingit, cum anima corpori reumatur in ipso ejusdem organizationis instante.

ARTICULUS TERTIUS.

Cur mortuorum resurrectio sit futura.

39 Primo pro resolutione huius quaestio de causa finali, resurrectionis generalis hominum, supponendum est ex dictis lib. 3. sent. disp. 4. de Divina voluntate. Quam in suis operibus ad extra non habere pro fine per se aliquid creatum quia a creaturis in operando non dependet, sed tantum seipsum, iuxta illud Prov. 16. Utique si propter seipsum operatur Dominus, impios quoque ad suum malum, ideoque nullam suorum operum causam finalem creatam, que sit vera, & propria causa, designari posse, sed ea sit finalis omnium operum ipsius ad extra est aliquis divini attributi effectus, & manifestatio, ut v. g. potentiae, iustitiae, misericordiae, &c. & licet in Sacris Scripturis aliquando causae quae dam vel motiva insinuari soleant, ob quas Deus ad extra operari dicitur, ut v. g. cum dicitur Joann. 3. sic Deus dicitur, ut filium suum unigenitum daret, & in Symbolo Prophanorum, ut filium suum unigenitum daret, & in Symbolo Protestantis, ut propter nostram salutem de caelis de caelo, & cetera, tamen ut etiam advertit Brancatus nosse, & in spur. 3. de causa finali resurrectionis art. un. revera proprie, & in rigore non sunt fines, neque motiva, quibus Deus ad haec operanda moveatur, quia res creatae non sunt fines, neque motiva, quibus Deus ad haec operanda moveatur, quia res creatae non sunt fines Dei, sed materiae, occasiones, & obiecta, circa quae vel sunt attributa Dei, ac in eis operando refulcent, & ad extra manifestantur, unde quando dicitur, quod Deus sic dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, & quod propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, &c. non dicitur, quod homo est vere, & proprie filius incarnationis, sed Dei charitas, & misericordia, sive horum attributorum effectus, & manifestatio homo vero est terminus, seu obiectum, circa quod Charitas Dei, vel misericordia exercetur, & sic Deus operando ad extra semper pro fine seipsum habet hoc vel illud divinum attributum ostendendo in hac, vel illa operatione. Hic ergo cum inquiritur causa finalis resurrectionis hominum generalis in die iudicii, aliud non quaeritur, nisi

propter quod Dei perfectionem exercendam, & manifestandam sit talis resurrectio, & quodam est obiectum, seu terminus, ac effectus talis exercitii. Hoc sufficit.

40 Secundum dicendum est, resurrectionem hominis generalis fieri in ostensionem, & exercitium Divinae iustitiae quoad premium bonorum, & supplicium malorum in a iura, & corpore, ita DD. Patres communiter, & clare deducitur ex Scripturis, praesertim ex 2. Corinth. 5. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout vestit fuerit, sive malum, sive bonum, ait, oportet nos manifestare ante tribunal Christi, id est ante iudicium eius potestatem, ut referat unusquisque propria corporis, id est penam, vel premium pro his, quae gessit vivens in corpore. Quod adhuc magis declarat Ozemenius in c. 3. epistolae 1. Petri dicens. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, non animis corporibus nudatis, sed una cum corporibus, ipsique incorruptibilibus; quomodo enim nuda anima referret ea, quae per corpus peccata sunt? In quidem non est iudicium, cum duo in eodem peccaverint, unum dimittit, totumque erimen in alterum transferre; ergo ad iustitiam exercendam pro peccatis commisis circa corpus humanum, vel circa totum conjunctionem ex anima, & corpore fit resurrectio, & ad utrumque puniendum, quod hinc resurrectio hominum generalis adhuc clarius expresse habetur in symbolo dicens: Resurgere habebunt omnes homines cum corpore suo, & reddentur suis de factis propriis rationem. & qui bona egerunt ibi in vitam aeternam, qui vero mala in ignem aeternum, & idem habetur in pluribus aliis Scripturis locis, quae pro hoc tamquam dogma de fide determinatum est Conc. Lateranensi 4. cap. 1. ubi habetur in cap. Firmiter, de Summa Trinitate, & Fide Cathol. ubi inter caetera de Christo dicitur, quod iudicaturus est in fine saeculi iudicaturus vivos, & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua tam reprobis, quam electis, qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus, quae nunc gessant ut recipient secundum opera sua sive bona fuerint, sive mala, illi cum Diabolo poenam perpetuam, & illi cum Christo gloriam sempiternam; & ita ad verbum Conc. cit. ergo ob iustitiam exercendam resurrectio est futura, & hic est finis eius.

41 Tercio, quoniam vulgus, & imperiti lapsus conqueuntur, quod in hac vita iusti, ut plurimum indeliciter vivunt, & felicitate invidiosus, & seculi homines, unde & Ieremias ipse c. 22. munitur malorum prosperitate dicens: Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui percurvantur, & iniqui agunt ad has quaezelas collendas, & iustam iustitiam manifestandam omnium resurrectionis in instanti. Deus, ut unicusquisque vita ad amulum examinaret, & iuxta opera sua conferentur in iudicio extremo, ita D. Aug. 10. de Civitate Dei c. 1. ubi loquens de novissimo iudicio inquit. Ille quoque in corpore proprio resurrexerit, eo quod nullus erit ibi inopere quereles locus, cui iustus ille felix, & cui iustus ille infelix, omnium namque tunc non nisi bonum vera, & plenissima felicitas, & omnium non nisi malum digna, & summa infelicitas apparebit. Ita etiam dicitur Joann. Dabascen. l. 4. Fidei Orthodoxae, 28. dicens. Si non est resurrectio, non est Deus, nec providentia, verum omnia casu aguntur, & seruntur, esse enim plurimos iustos homines ceterum, qui egeant, & iniuria afficiantur, neque ulla in hac vita opte subleventur peccatores contra, & flagitiosos opibus, atque omnium delictorum genere circumstantes. Equis autem mente praeditus hoc aequi iudicij, aut sapientiae, ac prudentiae esse existimet? Erit igitur resurrectio, nam cum Deus iustitiae laude praesert, & iis quoque, qui cum patientia animo expectant, mercedem perolvere. At hi quidem anima sola in virtute palatrea decerta vit, sola quoque cooptant oblitescit. Et si sola in voluptatis eno se volutavit, sola quoque merito pognas licet. At cum nec substantiam inter se discretam habuerint, nec animam virtutem, vel vitium sine corpore voluerint, merito proinde ambo simul, aut praemium, aut poenis afficientur, haec Damasc. loc. cit. & tandem sic etiam dicitur Christostomus homil. 1. de Resurrectione. ubi contra resurrectionem sic obicit in persona alterius ut solvens objectionem magis haec veritas pateret. Quid est hoc? ergo qui multo studio, labore, & miseria viam resurgit, & Graecus, & impius, & idolatra, & qui ignorat Christum etiam ipse resurgit, & simili honore fruatur. U ne talia dicens conturbetur subdit postea. Etenim peccator omnem quoque corpore incorruptibilia sunt, & immortalia, sed hic ondo resurgit, & vitium quoque ipsius erunt suppliciorum, & ultionis, incorruptibilia enim resurgunt, ut imperantur, nam cum illi ignis fit inextinguibilis opus est illis corporibus, quae ipsa nunquam consumuntur, ita Christostomus loc. cit. quibus significat etiam malorum, & reproborum resurrectionem, quibus in mundo feliciter vixerunt, & fore in ostensione divina iustitiae.

42 Quarto praeterea idem ratione ostendi potest, quia

causa finalis iustitiae in versis est ostensa, & exercitium Divinae iustitiae distributive pro meritis singulorum, resurrectio autem generalis fiet, ut omnes, & singuli ante tribunal Christi iudicantis compareant in die iudicii de factis propriis rationem reddaturi; ergo &c. Major patet ex sententia iudicij, sententia autem hinc causae indicat, dicitur enim Matt. 25. Tunc dicitur his, qui ad dextris eius erunt, venite benedicti Patris mei, possidetis regnum vobis paratum a constitutione mundi, & cetera. & de dextris vobis manducate, sicut, & de sinistris vobis bibite, quidam erant, &c. Deinde sententiam contra reprobos fulminans dicit: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, & cetera. & non debetis vobis bibere, quidam erant, &c. & postea concludit textus postea inquit fanteat in taram. Ibiat hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam, & ita iudicium erit completum, cuius finem contat aliam non esse, quam di vine iustitiae manifestatio nem. Ita enim docet Scotus 4. dist. 47. q. 1. s. De secundo, ubi plures ad ducendo coarguentias, cui iudicium univertale sit faciendum, hanc praesertim a lignis ex Apostolo ad Rom. 14. & 2. ad Corinth. 5. ut manifestetur iustitia sententiae iam datae in iudicij particularis in morte singulorum, etiam huiusmodi iustitia exercetur in morte cuiuslibet iuxta illud Ecclesiasti. 11. Iustitiam iudicium, ubi erit, & est de fide morientes in mortali in infernum damnaturi, mortuorum vero in gratia, vel ad Coelum vitam evolare, si nulli remorsus illis poenae sunt debitorum, vel ad Purgatorium transire, & utque ad consummationem purgationis inibi decerni, sed iura in secretis iudicij, subdit Doctor, quae sunt circa singulas personas, licet sit iustitia, non tamen omnibus est manifesta, ideo ratioabile est, quod Deus habeat aliquod iudicium generale, in quo manifestetur sententia, vel iustitia quam exercuit in iudicij particularibus, & coarguantur, ut id o nibus appareret in finali iudicio. Et haec veritas sancta quoque fuit in Concilio Tolosan. s. cap. 1. ubi habetur Christus venturum in hac expeditione scelerum eorum resurrectionem omnium ipsorum suo iudicio redditurum in fine praemium, & poenis poenis, quibus verbis significat eandem esse finem iudicij finalis, & resurrectionis hominum generalis, nimirum divinae iustitiae manifestatio nem in praemio bonorum, & poenae in malorum.

43 Denique aliter etiam fines proximi, & particulares resurrectionis huius assignari possunt, & revera praecipuus est ille, velut a priori, quem assignavimus in principio D. operationis huius, quod a beatitudo, quae in clara Dei visione, & fruitione consistit, non tantum est solus animae rationabilis, sed primario, & adaequate ipsius hominis ex corpore, & animae constantis finis ultimus, & quia hanc finem homo consequi nequit in hac vita mortali, opus est, ut post hanc vitam eum consequi possit in homine integre exsistens, quod fieri nequit, nisi per iteram corporis resurrectionem, & novam cum eo cohaerentem in instanti unionem, alioquin dicendam esset nullum unquam futurum a hominis finem in quo homo ipse ex anima, scilicet, & corpore constitutus finem suum ultimum assequi valeat, quod est absurdum, ut ibi dictum est. Sed quamvis alia plura possint assignari motiva, cur resurrectio corporum sit futura, primum tamen, & principale, ac omnibus aliis praesertim est utilitas Dei, ut ait Hugo Pratenfis in Dominica Resurrectionis; iust in enim est inquit ille, qui ad Deum, & apud homines quod ille amatur, vel praemittitur, qui peccavit, vel meruit, sed omnino operi, nostra sunt anime, & corporis simul coniunctam enim ex anima, & corpore operatur, non anima, vel corpus, sed ut videmus, in vita ista nec boni praemiantur, nec mali puniuntur, multa etiam partium iustis in separatione autem anima a corpore anima vadit ad gloriam, vel poenam, corpore hinc in terra remanente, ut igitur iusta sit retributio, oportet dicere, quod anima rursus coniungatur corpori, ut si nul cum ipso rearmetur, vel puniatur iuxta illa meritorum, quod solum pro resurrectionem fiet ita ille.

QUESTIO TERTIA.

De causa materiali, & formali Resurrectionis.

44 Expeditur quae pertinet ad causam efficientem, & finalem resurrectionis, in praesenti quaestione de causa materiali existimandum est, sive subiectiva, & de toto eo, quod resurgere debet, singulique eius partibus intergralibus, ac pariter de causa formali, sicut quae omnia comprehenduntur, quae ad formam, & formam corporis spectant, & ad quam etiam reducitur eius resurrectio circumstantia, quae sunt locus, & tempus, quo nimirum in loco

carneis, nervis, &c. Et pro resolutione dicendum est, quod etiam partes homogeneas ad eadem partes organicas non rediunt, licet salvaretur adhuc identitas, & perfectio humani corporis; verior tamen, & probabilior sententia est; quod ad eadem partes redibunt, in quibus olim fuerunt, dum corpus vive- ret, ut Scotus docet d. 44. cit. quest. 1. in fine, ubi ait quod partes homogeneas sufficientes ad quantitates toti debitam in illa eadem parte organica resurgunt; & asserunt quoad primam partem probatur ex Augustino lib. 22. de Civit. cap. 19. & Beda in cap. 12. Lucæ, ubi reformationem corporis humani in resur- rectione comparat statum liquescentis, & deinde noviter refor- matæ, & ejus identitatem salvant per solam ejusdem materię, & formę identitatem, parum curantes an eadem partes homo- geneas ad sua primaria loca sine reditura, & ita etiam dicitur D. August. in Enchirid. cap. 89. ubi ait, quod terrena materia, quæ discedente anima sit cadaver, non ita resurrectione repa- ratur, ut ea quæ dilabuntur, & in alias rerum species, formasque vertuntur, quamvis ad corpus redeant, unde lapsa sunt, ad eam- dem quoque corporis partes, ubi fuerunt, redire necesse sit, ita August. loc. cit. ubi apponit dicit non esse necessarium, ut rede- ant ad eadem, quæ ob id non negat hoc esse futurum, imò in ejus sententia hoc etiam est probabile, ut Brancastus nos- ter advertit disp. 6. art. 10. nam lib. 22. de Civit. cap. 20. ait, quod in resurrectione generali Martyrum Sanctorum corpora cum ci- catricibus apparebunt, & hoc in gloriam, & e contra reprobo- rum corpora in ignominiam, in cicatricibus autem in patribus car- nis determinata sunt; ergo illæ partes, quibus olim cicatricibus impressæ fuerunt, ad eadem loca, in partibus organi- cis redibunt, & sic pariter de aliis quoque partibus homogeneis dici poterit, cum non sit major ratio de illis, quam de aliis. Tan- dem hoc etiam ratio ipsa suadet, quia ita Deo facile est has om- nes partes suis locis restituere, ubi antea in vita fuerunt, sicut est totum hominem reparare, & illas partes reproducere, imò magis facilius est sensationem illam servare, cum sit quid accidentale, quam illas reformare, ac reproducere, cum sit quid essen- tiale.

52. Quinto tandem queritur, an humores, capilli, ungues, & hujusmodi ad superfluitatem attinentia resurgunt. Et qui- nem de capillis, & unguibus D. Bonavent. 4. d. 44. par. 1. art. 1. quest. 2. affirmativè respondet, & ratio est, quia resurgit in cor- pore non tantum quod est ejus necessitate, sed etiam quod est de integritate, & de decore, & pulchritudine, quoniam igitur ungues, & capilli sunt de decore, & pulchritudine, siquidem ad ornatum naturæ pertinent, calvicium enim est imperfectio naturæ, hac ratione concludit, quod resurgunt juxta illud Mar- cel. 10. *Vestri capilli capiti omnes numerati sunt;* & Lucæ 21. *Capilli de capite vestro non peribunt;* quod Lyanus exponens ait, quod hoc addidit Salvator ad declarandam veritatem futu- re resurrectionis, per quam resurgunt in electis non solum illa, quæ sunt de necessitate naturæ humanæ, sed etiam illa, quæ faciunt ad decorem. Unde colligitur, quod non resurgunt in immoder- atam quantitatem, sed talis qualis ad ornatum decet, ut explicat D. August. 22. de Civit. Dei cap. ubi ait, quod capilli toties tonsi ungueque des. Et ad sua loca non rediunt deformiter, quod ait Dominus capillus capitis vestri non peribit, non de longitudine sed de numero capillorum debet intelligi. Addit Divus Bona- vent. quod similiter intestina resurgunt, quia sine de pulchritu- dine naturæ, & erunt plena non superfluitate, sed nobilibus spi- ritibus, & subtilibus, quæ totum corpus agilius reddent, pro quo adducit Divum August. loc. cit. dicentem, quod in interioribus visceribus, quod nullum decus modo videntur habere, ita pul- chritudo rationem desolabit, ut omni formæ apparenti, quæ oculis placet, secundum mentis iudicium præferatur; quæ om- nis de solis electis intelligere videntur, quia reprobi secundum communem sensum gaudent in suis de fornicationibus naturalibus, & corporalibus, quas prius habuerunt, ut Bassolus advertit dist. 44. cit. num. 1. art. 2. & nos infra dicemus. De humoribus au- tem ait D. Bonavent. loc. cit. quest. 1. quod in humano corpore humor, & humiditas differunt, ut dicitur Philosophi, distinguunt enim Avicenna inter humorem, & humiditatem, & ait quod humor dicitur, prout est in venis, humiditas autem prout venis derivatur ad membra, & quatuor mixtos comprehendit humores, nempe sanguinem, hauram bilem, & pituitam, humi- ditas autem est quælibet aquosa, seu serosa materia, quæ extra venas reperitur in corpore humano, sive sit nutrimentalis, id est, conservanda in substantiam hominis, sive excrementitia, & ex- purganda.

53. Hoc præmissis inquit Seraphicus Doctor, quod humores inani, qui vere sunt humores, & ad integritatem humanæ natu- ræ sunt necessarij, resurgunt in homine, quia isti humores in- sani sunt de integritate corporis humani, & sunt medium unien-

di animam corpori organizato, unde D. August. lib. de Spiritu & anima cap. 15. inquit, quod corpus consistit ex membris offi- cialibus, officialia ex consimilibus, consimilia ex humoribus humores ex cibis, & cibis ex elementis, unde ad corpus huma- ni constitutionem magis pertinent humores, quam elementa ipsa. Dies, hinc fecit maximam sanguinis quantitatem redi- re debere in homine resurgente. Negatur consequentia, hic enim de sanguine discurrendum est, ut supra diximus de aliis partibus homogeneis, quod scilicet, in ea quantitate redibit, quæ ad integritatem naturæ, & perfectam hominis constitutionem requiritur; eodem prorsus modo, quo de carne supra dictum est eas nimirum humorum partes reditura esse, quæ in concep- tione hominis adfuerunt, & alias puriores, quæ per nutritionem us- que ad proportionatum augmentum productæ fuerunt, ut etiam Brancastus nos- ter advertit dist. 5. art. 9. Tandem omnia resurgunt in homine, quæ sunt de perfectione absoluta naturæ, sive ad esse, sive ad operationem, non autem quod quilibet est de per- fectione naturæ in statu vite corruptibilis, ut v. g. semen, quod est de superfluo in ordine ad generationem.

ARTICULUS SECUNDUS.

Resolvuntur quæstio ad causam formalem ætatis.

54. Primum queritur, an omnes resurgunt in proprio sexu. Aliqui dixerunt omnes homines in sexu virili resur- recturos, nullumque esse post resurrectionem futurum femi- neum sexum, quod deducunt ex epistola Pauli ad Ephel. 4. *De peccatorum omnes in unitate, & fidei agnitionis filii Dei in virum perfectum, in non servas statim plenitudinis Christi;* quibus verbis significare videtur omnes resurcturos esse in sexu virili, cujus erroris meminit D. August. lib. 22. de Civit. c. 17. sed auctores non indicat illius, Guido tamen hunc errorem Arme- nistrubuit, & Baronius lib. 3. inter errores Originis hunc quo- que recenset, immo quidam in consilio prorsus illam quoque Scoto adferunt 2. dist. 10. quest. 2. in fine, ubi in quadam ad- ditione, *per extra dicitur, quod sola B. Virgo in sexu femineo resurget, cæteræ autem mulieres in sexu virili.* Sed inconfuso, ut diximus, quia ut rectè Brancastus advertit disp. 6. art. 6. abin- ditio, quæ in textu Scoti signatur linea quadam pro extra, ab om- nibus Scotistis in repositis doctrina accipitur, sed additione- toris, tum quia in prophetis, quæ sunt etiam ipsius Scoti feri- pra, talia non leguntur; sed prorsus oppositum quæ dicitur en- tit. 1. q. 2. in fine, quod tunc aliquid femina plus gaudebit de sta- tulo, quam si esset vir, ut B. Virgo, non autem aliquid regulariter tum denique quia Gratianus Britennis ibidem inquit, quod si ille est verus, & germanus Scoti textus, non loquitur authorita- tivè, sed recitativè aliorum referens opinionem, nam aliqui vo- luerunt, quod in regno beatitudinis omnes mulieres resurgunt in sexu virili, excepta Virgine propter excellentiam suam, quæ mater Christi, & hoc quia sexus feminæ est imperfectum quid, & est facta mulier propter imperfectiorem suppletionem, scilicet, propter generationem, tunc autem generationes ces- sarent; & tandem ait hoc tenendum non esse, quia D. August. 22. de Civit. loc. cit. docet, quod scilicet resurgunt mulieres in sexu suo, & nuda erunt in Paradiso, sicut, & viri, nec tamen erit confusio, aut erubescencia, quia tibi nullum erit peccatum, nec libido, quæ est causa confusiois, & erubescencie.

55. Hinc Alphonsus de Castro lib. 13. verb. *Resurrectio, 5. Quæstio hæretica,* doctrinam illam inter hæreticas recenset; ita sine capitis ait inter Ecclesiastica dogmata septagesimo loco hoc haberi his verbis: *In resurrectione exmortui sexus formam mutabunt, sed vir mortuus resurget in forma viri, & femina in forma femina.* Deinde id ex Scriptura deducit, quæ ait, *Masculinum, & femininum creavit eos;* ex quibus verbis collat, sexum femineum non esse vitium, aut ex vitio, sed ex natura, & quoniam atque peccatum femina erat, non ex vitio contigit, ut femina fieret, nec sexus ipse vitium est; quoniam à Deo factas non fuisse; cum ergo non sit vitium, neque ex vitio feminæ factus, sed ab ipsa natura inenabulis à Deo factus; consequens est, ut qui utrumque sexum fecit utrumque etiam retineat, & qui utrumque indidit, utrumque similiter restituit. Tandem illi quoque evidenter ostendit ex sacra historia Math. 22. ubi Domi- nus interrogatus à Saduceis resurrectionem negantibus de mu- liere, quæ septem fratribus nupierat, ut quisque illorum desin- tit fratri semen suscipere, cujus illorum futura esset uxor post resurrectionem, respondit, *Erratis desicientes scripturas, ne- que viri etiam Dei, in resurrectione enim neque nubent, neque nup- tiantur, sed erunt sicut Angeli Dei in Cælo,* at si nulla esset post resurrectionem futura mulier, facilis illorum errorum destruc- tionem, dicens non esse futurum mulierum sexum post resur- rectionem, & cum locus esset aptissimus, debuisset illos de hac

re docere, ut diceret illam mulierem de qua erat quæstio, utrum esse futuram non feminam, Verum non illud dixit, sed hoc, *In resurrectione non nubent, neque nupiantur;* nuptias ergo post resurrectionem negavit, non lexus varietatem, imò hanc varie- tatem illic futura innuit, cum dixit *non nubent,* quod convenit feminis, *neque nupiantur,* quod vitis; erunt, ergo feminae, quæ hic nubere solent, & vitæ qui hic uxores duxerunt, quoniam cum nuptias negavit, secus varietatem latere innuit, quia ad nuptias exigitur. Ità Alphonsus de Castro loc. cit. qui fuit etiam discipulus D. Augustini 2. de Civit. cap. cit. ubi etiam cap. 18. explicat locum Pauli adductum in oppositum, nos scilicet occu- rsiuros in virum perfectum, & ait virum ibi capi pro homine, sive masculus sit, sive femina, sic enim alibi Scriptura *sepissime capere consuevit;* sicut in Psalmis, cum dicitur *Beatus vir, qui times Dominum,* utique nomine viri etiam femina intelligit- tur, nam utique sunt etiam feminae, quæ times Dominum; & cum dicitur *Beatus vir, qui non abis in consilio imperatorum,* & *Beatus vir, cui non impugnavit Dominus peccatum etiam de femi- nis ibi fit sermo, quoniam beata etiam est femina, quæ non abis in consilio imperatorum, & qui non impugnavit Dominum peccatum.* Et si aliquis curiosus interroget de his, qui mutant sexum, in quo determinat fuerunt, ut illa femine, quæ transferunt in viros. Respondet Hiquens dist. 44. cit. q. 1. 73. resurcturos, vel in sexu principaliori, ut viri, vel in sexu, quem ex na- tura primò receperunt, quia mutatio illa est merè accidentalis, de Hæmaphroditis verò Ricardus dicit resurcturos sexu viri- li, qui est principalior.

56. Secundo queritur, in qua ætate, & statura mori resur- gent. Communis sententia docet omnes resurcturos esse cum constitutione, seu habitudine corporis annorum 30. seu 33. Ità Theologi omnes cum Magistro sent. 4. d. 44. d. Thomas, D. Bonav. & præsertim Scotus q. 1. cit. 5. de secunda verbi. *Signa- ta conclusio,* ubi ait quemlibet esse resurcturum in tanta den- sitate, & magnitudine, quante fuerit in fine tringente annorum, si vixerit, quæ tanta quantitas ponitur quodlibet reformandum in resurrectione; ut viri, vel in sexu, quem ex na- tura primò receperunt, quia mutatio illa est merè accidentalis, de Hæmaphroditis verò Ricardus dicit resurcturos sexu viri- li, qui est principalior.

ætatis, certè juventem in illis, qui ultra annos octingentos vixe- runt, autè centesimum, vel ducentesimum annum incipere non deberet. Tum quia cum fuerit in eis perfectior corporum constitutio, & virtus naturalis purior, non est ratio, cur dicatur juventem in illis non fuisse acceleratam, sicut in nobis, quam- vis longiori periodo fuerit protrahenda. Cum ergo in tanto vi- gore complexionis, & alimenti illa ætas tringenta annorum fue- rit abunde sufficiens ad acquirendam magnitudinem corporis requisitam, & optimam sensuum dispositionem, & organorum ad usum scientiæ, & prudentiæ; dicendum est nullis ex cau- sis magis tunc fuisse vitam protraham, quam retardam ejus perfectionem, & maturitatem; atque idè in etate tringenta annorum circiter etiam illos fore resurcturos, & non ultra illam, verisimile enim est etiam eorum reformationem fore ad mensuram ætatis plenitudinis Christi, ac illis proportionari debere.

57. Quod verò ad staturam spectat ait Scotus loc. cit. & est communis opinio, Doctorum, & Patrum, omnes in debita quantitate esse resurcturos, ad quam in etate tringenta anno- rum pervenisset, nisi impedimentum adesset, hoc est, omnes re- surcturos cum quantitate debita, & proportionata juxta exi- gentiam, & temperamentum complexionis ejusque, & statu- s; debite, quoniam autem temperamentum hominis aliud, & aliud est juxta diversum ætatis gradum, sumendum est juxta il- lam etatem in qua ipsum temperamentum magis sua perfe- ctione viget, & ab extreme contrariis recedit in medio consis- tens, & juxta proportionem, ex quo sequitur non omnes in æquali statura esse resuscitandos, sed quemlibet in ea, quam ejus constitutio non impedita exigit, & juxta exigentiam indivi- duum, & temperamentum ejus proprium, & non impeditum. Hoc autem colligitur ex illo ad Ephel. 4. *Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi,* quæ ultima verba exponens Glossa inquit, In mensuram ætatis, ait, non in mensuram corporis, vel stature, quia nonnulli que recipiet suam mensuram quam habet in juvenute, etiam si senex obit, vel fuerat habiturus, si autè est defunctus, quæ fuit Augustini expositio in Enchirid. c. 90. quod etiam confirmat lib. 22. de Civit. cap. 14. ubi loquens de infantibus ait; quod non negabit Salvator in resurrectione infantium habituram esse, quod dehisce dicit autem infanti mortuo perfecta quantitas sui corporis; & rursus eodem modo dicitur loc. cit. 16. ubi docens omnes in eadem abitudine corporis resurcturos esse con- formes plenitudini ætatis Christi, & declarat, quomodo resur- gentes debeant Christo conformari ex Ro. 8. ait; sicut illa men- sura, ita & illa conformatio non quantitate intelligenda est, sed ætatis; resurgunt itaque omnes tam magni corpore, quam velerant, vel futuri erant in juvenili ætate, quamvis nihil ob- stet, etiam si erit infantilis, vel senilis corporis forma. Hic verò disputant DD. quomodo fiet hæc reformatio supplens debitam quantitatem in infantibus, an multiplicatione materię secun- dum situm, an portus additione novæ, & varii varia dicunt, ut ut refert Hiquens loc. cit. sed breviter dicendum est, quod hæc reformatio fiet per additionem novæ materię, hæc enim est ex- pressa D. August. sent. in Enchirid. c. 85. ubi ait *Infantibus supple- tum esse quod forma desuit, & naturam novæ esse fraudandam deo, quod dicit allaturerant;* & idem etiam habet loc. de Civit. c. 19.

58. Tertio queritur, an mortui resurgunt cum deformitati- bus, quæ inerat corporibus vivis, & sensus est, an qualitates, & alie formæ corpora viva deturpantes resurgunt in eisdem, que quidem deformitatem duplicem sunt generis; quædam enim se- quuntur substantiam, & sunt quæ destruant aliquid, quod est de substantia, & integritate hominis, qualia sunt omnia membra hominem integritatis, ut dictum est art. præced. n. 48. quedam verò sunt accidentales, quæ quidem, ut notat Bonavent. dist. 44. cit. part. 1. art. 3. quest. 1. alie sunt qualitativæ, sicut illæ, quæ eveniunt ex malo, & inordinato situ membrorum, ut est turpis figura vultus; alie sunt quantitativæ, sicut quando quis habet nimis magnum caput vel gibbositatem, vel alia membra magna nimis, ita quod alie sunt in proportionata, & similia; & hoc supposito dicendum est deformitates naturæ multitaliter deformantes non resurgere, quia ut habetur 1. ad Corinth. 15. *Mortui resurgent incorrupti;* ubi Glossa Ord. ait, ut *uniquique sit diminutione membrorum;* & Lyanus ait, quidquid enim pertinet ad integritatem naturæ omnibus dabitur, ut communis dicitur; & idem deducitur ex illo ad Ephel. 4. *Donec occurramus omnes in virum perfectum;* ubi Glossa Ord. ait, ut *uniquique sit in virum perfectum,* quæ ratione diximus art. præced. num. 48. non tantum electos, sed etiam reprobos, & damnatos cum integritate membrorum esse resurcturos, & omnibus partibus ad inte- gritatem naturæ spectantibus, & hæc est communis opinio Do- ctorum sententia cum Magistro 4. dist. 43. ubi ait, erendum esse, quod omnes resurgunt incorrupti, non tamen impassibiles, quia

Not hominum resurrectio, & quo tempore sit futura, de his igitur breviter hic agemus.

ARTICULUS PRIMUS.

Examinantur quæstiones ad causam materialem spectantes.

45. Primum queritur, an idem homo resurgat, in qua quæstione supponitur ut certum, ad unitatem, & identitatem ejusdem hominis necessariam esse earundem partium unitatem, ex quibus componatur, & quidem de identitate ejusdem anime rationalis nulla est controversia, quia ut ait D. Augustinus serm. 2. de consolatione mortuorum c. 2. etiam & ipsi hæretici, qui negabant eandem carnem resurgere, homines cum eadem anima resurrecturos admittebant, sed sola difficultas est de reparatione ejusdem corporis deperditæ, & corruptæ, & veritate circa resurrectionem hominis ejusdem, qua constant materia seu corpore, corpus autem variis partibus etherogenicis ad obediendas diversarum anime functiones necessariis, & illæ variis etiam partibus homogeneis constant, & de identitate harum partium est difficultas. Quæ ratione etiam à Philosophis disputari solet, an vivens toto vitæ tempore idem numero permaneat, & ratio dubitandi est, quia actio caloris naturalis in vivente duo sunt, consistunt ex una parte substantia propria corporis, & resoluta in vapores, & excrementa decrevit corporis. Ex alia vero parte convertitur alimentum in substantiam ejusdem viventis, ut reparatur quod erat amissum, & cum translationes istæ toto tempore vitæ fiant, jam non videtur ad finem vitæ permanere ulla pars eorum, quam habuit vivens in principio vitæ quod maxime urget in aliis viventibus ab homine, in quibus mutatio fit etiam secundum animam, ubi in homine fit solum secundum corpus, mutatis autem partibus substantiæ, ex parte forma, & materia, mutatur etiam entitas, & substantia rei, quare merito dubitari solet etiam à Philosophis, an maneat idem vivens numero ante, & post nutritionem toto tempore vitæ, & tanto magis à Theologis, an idem homo numero resurgat post ejus corruptionem, & interitum, & an in quolibet homine resurgat totum, quod fuit de veritate nature humanæ in eo, de quo fuit disput. 44. q. 1.

46. Quoniam igitur resolutio quæstio hujus theologiæ, an idem homo resurgat, dependet ab illo philosophico, an vivens toto vitæ tempore idem numero permaneat, quod jam tractatum in lib. de gener. & corrupt. disp. 8. n. 7. recitandum est ex ibi citatis n. 98. quod licet omnes partes viventis, sive spermaticæ, sive nutritivæ, sive moliores, sive duriores fiant, cum hoc tamen Rat, quod non est necesse, ut partes duriores totaliter fiant, adeo nullam eorum partem in fine vitæ, imò magnam ex parte, permaneat eadem numero in fine vitæ, imò magis tunc de invariata manent quoad substantiam, ratio est, quia partes istæ cum humiditate magnam habent amplexam siccitatem propter prædominium terræ, unde ex se habent, ut possint valde calori resistere, qui adhuc in ipsis non est, aut ad vivitatis, at in partibus mollioribus tamen humidam, quam calor magis urget, ergo licet calor continuo agat in partes duriores, quia agit remotione actione, nequit totaliter illas destrueret, & licet consumat humidam cibalem, cum hoc tamen etiam advenit aliqua pars sicca, & terrestris, quæ alteri sicæ parti conjungitur, hinc est, quod ossa non totaliter corrumpuntur, & partes molliores multum decreverunt, in qua licet caro, & partes molliores multum decreverunt, ossa tamen, & pellis ferè nihil vel parum diminuitur, unde dicebat Arist. in lib. de Juvent. & Senect. quod senectus non est aliud, quam quædam corporis exsiccatio, quoniam humidum semper diminuitur, siccum vero crevit, quod potest exemplis declarari, ignis enim comburit lignum, & permanent cineres, & aqua citius excavat, magis lapidem mollem, quam durum. Verum est tamen, ut notat DD. d. 44. c. q. 1. lit. E. quod hæ partes remanent quoad accidentalia alteratæ, & impuriore, eo quia omne agens in agendo reperitur, & debilis evadit. Concludendum est igitur ex hoc, quod plures longè partes sint in fine vitæ, quia partes aliæ sunt principales, & immutabiles, ut ossa, nervi, cutis, & similia, quæ sunt veluti aliarum fundamenta, aliæ vero sunt magis extrinsecæ, & minus principales, ut caro, quæ non ita principaliter ad conservationem vivitatis permanet, quia ergo illæ permanent ex majori parte quoad substantiam, licet aliquæ immutata quoad accidentalia, ideo vivens in fine vitæ dicitur adhuc idem numero, physice, ut adhuc fufius l. c. explicamus. Ex resolutione igitur hujus quæstio philosophici de identitate viventis à principio vitæ usque ad finem DD. l. c. resolutionem deducit alterius theologiæ, an idem homo resurgat, & inquit, quod licet multæ & quam plurimæ partes viventis flu-

xerint in vita, quæ non resurgunt in resuscitato, attamen dicitur adhuc idem numero, quia resurgunt partes principales, ex quibus identitas numeris viventis attendi debet, non autem ex minus principalibus, sine quorum identitate totum adhuc potest esse idem, & ita præsertim dicitur Doctor in solutione ad ultimum principale ex superius dictis in ea quæstione. Ex hæc est communis Patrum, & Doctorum sententia, ac veritas de fide ut pluribus ostendit. Branc. nofter dis. 6. ar. 7. & expressè colligitur ex Job. 9. in novissimo die de terra surrecturus sum, & vultus circumdabo pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspiciant, ubi Liranus exponens illa verba, & non alius, inquit, hoc dicere contra Arist. s. de Gener. qui dicit, quæ corrumpuntur, redire non eadem numero, sed specie tantum.

47. Sed Objectiones identitatis totius integralis oritur, & dependet ex identitate partium, quæ corpori resurgenti plures corporis partes deficient, non enim omnes, quæ in hominibus fuerunt, resurgunt, alioquin immensæ essent quantitates in resurrectione, ergo &c. Confirmatur, quia multæ partes corporis quandoque in substantiam aliorum animalium transierunt, & forte etiam hominum, ergo eadem in utroque redire non poterunt, atque ita vel primus, vel secundus non idem homo rediret. Tandem eadem numero uno redire non potest, ergo nec idem corpus. Probatur assumptum, quia uno esse interupta, atque ita non rediret, sed iterata rediret, iteratio autem pluralitatem facit, non identitatem. Respondetur identitatem totius integralis dependere ex identitate partium formalium, & ad integritatem, ac veritatem nature pertinentium, non autem materialium, & ad eam non pertinentium, quales sunt, quæ deficient homini resurgenti, unde sicut homo etiam in fine vitæ dicitur idem homo, qui fuit in juvenute licet in ejus progressu multas partes amiserit, & plures è contra per nutritionem acquisiverit, non alia ratione, nisi quia partes illæ sunt materiales, & ad veritatem nature non pertinent, præsertim in resurrectione, licet multas partes non habeat, quæ totius vitæ progressu deflexerunt, non quia inde negandum est eundem hominem resurgiturum esse, quia partes illæ, quæ quotidie per nutritionem acquiruntur, & perduntur, non omnes ad integritatem, & veritatem nature pertinent in fine vitæ, unde ut novissimo die idem homo resurgere dicitur sufficit ex partibus illis, quæ olim sibi infuerunt, tot insunt, quæ sufficiunt ad hominis integritatem, & veritatem nature, quæ autem partes, vel quales adesse debent in resurrectione hominis ex his, quæ olim infuerunt, quando vivebat, ait Doctor d. 44. c. q. 1. O. P. & Sillas esse debere, quæ a parentibus in conceptione habitæ sunt, & successivè in homine priore existerint usque ad augmenti terminum, ut magis consistat ex infra dicendis. Ad Confir. respondet Doct. cit. in solutione s. prim. negando consequentiam, quia nunquam fuit, nec erit usque ad finem mundi aliquid, quod de veritate nature in duobus suppositis, & ideo resurgat præcisè in uno, in quo magis tunc de veritate nature, vel quia in ipso priore, vel quia magis de intentione nature pars ejus. Si autem omnino contentudur, quod simpliciter, & qualiter fuit de veritate nature utriusque, ait Doct. quod resurgat in illo, in quo prius fuit animata, ex August. in Enchirid. c. 95. & 22. de Civit. inquit, quod rediit illi anima quæ illam primus in hunc perierat, animamque secundus vero adhuc idem numero resurgat, quia alias partes Deus supplebit, sicut, quæ in eo fluxerunt, reparata non sufficerent. Ad ult. respondet Doct. d. 44. c. q. 1. ad ult. prin. posse negari antecedens, quod sicut interruptum absolutum potest redire idem numero, sic etiam, & respectu unionis, si extrema ejus rescat eadem numero, quod probat exemplo maternitatis Mariæ respectu humanitatis Christi, quia habuit eandem relationem ad alium post ejus passionem, quam habuit ante, & tamen fuit interrupta, & in morte Christi propter destructionem fundamenti, Ad idem negari posse consequentiam, si antecedens concederetur, quia uno non est de essentia totius compositi, nec illa uno est entitas totalis ex unione partium substantiæ resurgens, sed tantum conditio necessaria prærequisita ad ejus constitutionem ut dictum est in lib. Phys.

48. Secundo queritur, an omnia membra, & partes, quæ sunt in homine, resurgant. Supponit quæstio ad veritatem, & confirmationem humane nature, non tantum partes essentielles pertinentes, ut materia, & forma, sive corpus, & anima, sed etiam partes integrantes, non tantum heterogeneas, sed etiam homogeneas, ac universis quæquid fuit animatum, anima intellectiva, quarum etiam aliæ sunt permanentes, aliæ continuo fluxuant, & quæ de novo fiunt, si quidem ob actionem caloris naturalis in humidum radicale homo continuo diminuitur, & per nutritionem restructuratur, quæritur ergo procedit de partibus integrantes permanentibus, quales sunt brachia, crura, digiti, &c.

5ine quibus adhuc homo consideret, sed perfectus non esset, de aliis enim partibus postea dicemus, & affirmative resolvendum est, ac dicendum omnia membra hominem integritatem cum eo resurgere debere. Quod expressè deducitur ex illo Eph. 4. Omnes occurreris in unum perfectum in mensuram ætatis incarnationis Christi, ubi Glossa Ordinaria inquit, in unum perfectum, ut quid caput, & membra, cui nihil desit, quia non est corpore perfectus, qui membris caret, quia ratione dicebamus quæst. 1. hujus disp. art. 3. in fine etiam monstra, quæ anima rationali aliquando prædicta fuerunt, in die novissimo resurrectura eis, & quidem in forma, & perfecta natura humana. Et sicut etiam passim docent, & loquuntur, Patres sed inter omnes præsertim S. Gregorius Nissenus part. 3. de Resurrectione, ubi loquens de extremo iudicii die inquit. Propter hoc idem pars corporis, quam ante mille annos carnis vovæ oves comederint, integra reperitur, & quam vel canes, vel cæcæ, exterque animalia marina devoraverint, una cum homine resuscitato resurgit, quin etiam quod ignis concremaverit, quod verbis in sepulchris absumperit, & omnia denique corpora quæ quocorruptio abolerit, integra, nulla que sui parte carent reddentur et terra; ita Nissenus loc. cit. quæ etiam ratione D. Amb. orat. de fide Resurrectionis contra Gentilium invenitur, qui fabulam dicebant esse, quod terra restituit, quos mare absorberit, bestię devoraverint & feræ dilaceraverint, eosque, convincere nititur exemplo feminam putrefactorem viridantia folia emittentium, & Phœnicis, quæ ipsi resuscitare dicebant. Hinc D. August. l. 22. de Civit. c. 19. incipit, de membris ad integritatem spectantibus nullam esse difficultatem, quia in unoquoque modificabitur illa materia, ut nec aliquid ex ea percat, & quæ aliquid defuerit, ille supplet, qui etiam de nihil perierit, quod voluit operari, quare sola difficultas est de cæteris partibus, quæ fuerunt in membris, & continuo fluxu perierunt. Denique id etiam ratio ipsa suadet, jam enim diximus quæst. præced. art. 3. resurrectionem hominum generalem fieri in officinationem, & exercitium divine justitiæ, quod premium bonorum, & supplicium malorum in anima, & corpore; sed membra illa corporis, de quibus hic est sermo, fuerunt in deliciis vitæ præsentis, & instrumenta ad peccandum in malis; fuerunt autem in passionibus, & instrumenta ad merendum in bonis; ergo omnia resurgere debent, vel ut penam patientur pro peccatis, vel ut præmio fruantur pro meritis in officinationem divine justitiæ.

49. Tertio queritur, an omnes artes additæ per nutritionem, quæ in homine fuerunt, resurgant, & difficultas est de partibus homogeneis, ex quibus ipsæmet etherogenicæ componuntur, supposito enim, quod caro v. g. ex materia carne constet, ex arteriis, nervis, venis, &c. & tota caro cum his omnibus ex continuo actione caloris in humidum decreverat, & per nutritionem denovo crevit, & nova partes aggregaverunt, ut post ostendimus in lib. de gener. & corrupt. disp. 8. quæst. 5. & 6. queritur an omnes partes non solum, quæ ab utero exierunt, sed etiam aliæ, quæ eroverunt, & aliquando in homine fuerunt, resurgere debent. Et pro resolutione dicendum est, non omnes partes homogeneas, quæ fuerunt de veritate nature toto tempore vitæ, resurrecturas esse in quolibet homine, sed tantum partes illas, quæ a parentibus habitæ sunt in conceptione, & quæ successivè usque ad terminum augmenti in homine priore existerunt; ita Scot. dist. 44. cit. quæst. 1. s. de secundo principali, & quoad primam partem probat, quia si quicquid fuit in Petro pro tota vita ejus de veritate nature, resurgat in eo, ex quo tales partes multæ fluxerunt in vita ejus, & aliæ multæ redierunt, si omnes illæ redirent, in eo, vel esset corpus ejus immoderate densitatis, vel immoderate quantitatis, & magnitudinis; & hoc etiam docuit Aug. l. 22. de Civit. c. 15. ubi explicans illud Apostoli, quod omnes resurgemus in mensuram ætatis plenitudinis Christi inquit: Si hoc de resurrectione corporum dictum est, resurgat, ut fiam quæ recipias mensuram quam, vel habui in juvenute, etiam si senex sit mortuus, vel fuerat habiturus, ante illi defunctus; ergo non omnes partes, quæ per nutritionem additæ fuerunt de integritate nature, resurgunt. Notatur autem dictum est non omnes hujusmodi partes in quolibet homine resurrecturas esse, quia ut etiam Branc. nofter advertit disp. ar. 5. 3. in his, qui ante ætatem perfectam 33. annorum obierunt, facti probabile, est, quod cum in quantitate perfecta resurgere debeant, & partes novæ formandæ sunt, potius reassumendæ sunt etiam illæ, quæ per continuam actionem caloris in humidum deperditæ fuerunt, & per nutritionem successivè restauratæ sunt, quam aliæ novæ adjungantur, nam vera illæ, quamvis fluxu sint, & deperditæ, adhuc tamen fuerunt in homine, & de veritate, ac integritate nature illius. Ex hoc autem probat Doctor aliam asserti partem, quod nempe illæ tantum partes resurgunt in homine, quæ a parentibus habitæ sunt in conceptione, & quæ successivè usque ad terminum augmenti in eo priore existerunt, & in

nam si non omnes partes, quæ aliquando fuerunt in homine, resurgant, ut dictum est, ergo illæ tantum, quæ à natura magis intentæ fuerunt, huiusmodi autem sunt illæ, quæ primo natura in homine posuit, quæ quidem sunt primordiales, & postea aliæ augentes hominem ut quæ ad debitum terminum; & ergo caro illa tantum, quæ primo infuit, & postea usque ad terminum debitum crevit, erit in homine resurgente; & ita expressè docet D. August. in Enchirid. c. 82. ubi ait, quod non perit Deo terrenæ materies de qua mortalium creatur caro; in quamcumque enim aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcumque animalium etiam hominum cibum, carneque mittetur, illi anime humane puncto temporis redit, quæ illam prius, ut homo fieret, crederet, & viveret, animavit; ita August. ibi; ergo illa tantum caro resurgat in homine, quæ primo infuit, & postea usque ad debitum augmenti terminum crevit, ut dictum est.

50. Sed instant aliqui, quos sequitur Egiptius Lufitan. tom. 3. l. 3. de Beatitud. q. 3. ar. 7. & 9. resurrectionem fore in carne, quam quisque habuit mortuus; fuerit primigenia, nec ne, imò non resurrecturos aliquos cum carne primigenias, quod probant ex communibus formulis Scripturæ, & Patrum, quæ dicunt mortuos resurgere, & in illa carne, quæ fuit in sepulchro, unde in Tolet. 11. habetur: Resurgemus in illa carne, quæ vivimus, consistimus, & morimur, & D. Greg. ait nefas esse aliam carnem resurgere, quam sit mortua, Christus enim, & B. Virgo resurrexerunt in carne, quæ mortui sunt. Deinde mortui dicuntur suscitari ex sepulchris, & ex cineribus ipsorum, & quod non aliud corpus resurgat, quam quod mortuo seminatum, unde Paulus ait, quod corpus in corruptione seminatum resurgat non in corruptione seminatum, & scilicet, per corruptionem in morte, ut Patres exponunt. Tandem quia ideo reliquit, & ossa Sanctorum ab Ecclesia coluntur, quia in resurrectione sunt immortalitatem donandæ; ergo omnes resurgant in carne, quam mortui habuerunt. Respondetur intentionem Patrum esse eo loquendi modo impugnatæ tùm Philosophos, qui absolute resurrectionem negabant, tùm hæreticos, qui negabant eandem carnem numero resurgere, sed alia numero diversam, & tantum specie eadem, unde ex tali loquendi modo non bene deducitur carnem primigeniam non resurgere, aut aliam, quæ fluxit in omnibus, nam illa locutio Patrum de resurrectione carnis ejusdem, quæ mortua est, ad primigeniam quoque extenditur, & aliam, quam decessit, & defluxit, siquidem illa quoque mortua est in casu, quem Patres intendunt, quia per mortem intelligunt corruptionem carnis, sive totalem, & supremam, qualis est in fine vitæ, sive continuam, qualis est in ejusdem progressu, etenim, ut ait D. Greg. l. 14. moral. c. 29. Quotidianus defensus corruptionis est quædam prolixitas mortis, unde Patres eo loquendi modo loqui carnis mortuæ appellatione comprehendunt totum, quod defuit, & quod restauratur.

Ad confirmationem dicendum nihil obesse, quod mortui dicantur ex sepulchris suscitari, & pulveres colligi, & animari resurrectione, quia neque caro sola primigenia restaurabitur, sed alia etiam, quæ defluxit, & ad supplementum requiritur, quare fatendum est nos non resurrecturos præcisè in carne, quam quis habet, dum moritur, sed etiam in carne primigenia, quæ suppletur altero ex duobus modis, quos Doctor adducit loc. cit. Ad ultimum negatur assumptum, vel saltem non est absolute admittendum, quia cultus Ecclesiæ in Sanctos, ad statum eorum præsentem, & præteritum respicit, non ad futurum, nempe quia Sancti quoad animam nunc sunt in Cælo, & Deo funt, & in memoria operum mirabilium, quæ in prædictis reliquis Deus per ipsos patravit, ut patet ex processu canonizationis, qui ante cultum ipsum præmittitur, quæ omnia fufius declarata videri possunt apud Hiquem dist. 44. cit. quæst. 1. in Commentario, ubi etiam disparitatem assignat resurrectionis corporis Christi, & B. Virginis a resurrectione aliorum, quæ in eo præsertim consistit, quod ideo Christus, & B. Virgo cum eisdem partibus resurrexerunt, quæ erant in corporibus eorum in fine vitæ, quia corpora eorum non fuerunt corrupta, unde probabiliter idem quoque dici potest de corporibus eorum, qui vivunt tempore adventus Christi, & illi occurrentes vivi in ipso occursu morientur; at de reliquis, quorum corpora jam resoluta sunt in alia mixta, & elementa aliter dicendum, est cum enim reparandæ sint partes, & verisimilis est, ac probabilis, ut priores, & puriores reparentur, quæ sunt magis de intentione nature.

51. Quarto queritur, an omnes præfatæ corporis partes in resurrectione ad sua loca redibunt, & quæstio non est de partibus etherogenicis, ut manu, pede, naso, &c. de his enim certum est ad propria loca redire, alias monstruosa resurgerent de partibus homogeneis, an v. g. eadem partes ossis, quæ in crania fuerunt, vel tibia, in eodem crano redibunt, & ita de partibus

quia reprobi mortem patientur eternam, sed sine diminutione membrorum omnia humani corporis habituri membra. Sed neque etiam in electis deformitates resurgunt accidentales, ut factis conitit ex dictis supra disp. 25. de statu, & gloria corporum beatorum; unde D. August. in Enchirid. cap. 91. inquit; quod resurgunt Sanctorum corpora sine ullo vitio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla corruptione, onere, difficultate, & D. Anselm. Cantuar. in epist. 1. ad Corint. 15. similiter dicitur, quod resurgunt Sanctorum corpora sine ullo vitio, & sine ulla deformitate, sine ulla corruptione, & onere, & quod in eis tanta facilitas erit, quanta felicitas. Addunt tamen aliqui, ut Brancatus adverte disp. 5. art. 7. probabilissimum esse, quod corpora electorum resurgent cum vulneribus, quae pro Deo passi sunt in hac vita, quia Christus Dominus cum plagis resurrexit, easque discipulis ostendit Joan. 20. Ostendit eis manus, & pedes, ubi Lyranus ait, quod Cicatrices in corpore Christi remanserunt non ad defectum, sed magis ad gloriam propter victoriam ex illis vulneribus consecutam; & Joan. c. 19. Resurrexit in quem transfuerunt, ubi Glossa Ordin. ait, quod cicatrices vulnerum reseratae sunt in Corpore Christi resurgente, non solum ad certitudinem suae resurrectionis, sed etiam ad convincendum Judos de peccato suae mortis; ergo cum resurrexerit Christi sit ita, & exemplar resurrectionis aliorum, sequitur electos pariter resurgentibus esse cum cicatricibus vulnerum pro eo passorum a Tyrannis ad convincendum eorum perfidiam, & ad illorum confutionem, & martyrum gloriam, quod etiam confirmat D. Augustin. 22. de Civit. e. 20. ubi loquens de martyrum vulneribus ait, quod videmus cicatrices, quae pro Christi nomine pertulerunt, non deformitas in eis, sed dignitas; & quaedam quavis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebant.

59 Quod autem ad damnatos spectat, aliqui opinantur neque in ipsis deformitates huiusmodi accidentales resurgentibus esse, & ita ex nostris etiam sentire videntur Hicquas, & Brancatus loc. cit. Ratio est, quia facta Dei perfecta sunt opera, ita & resurrectio, quae est a solo Deo super principaliter, non patietur aliquam defectum ex causis secundariis, quarum nullus erit contrarius ad resurrectionem tam electorum, quam damnatorum.

Confirmatur, quia nulla in apparet motum curita deformita corpora damnatorum sunt resurgentibus, nisi dicatur in peccatum; sed alia miseris superest gravior poena; ergo non videtur hae superaddenda, alias eadem esset ratio de membrorum defectu, de quantitate incongrua de aere de crepita, &c. Alii vero dicunt incertum esse, an corpora reproborum, cum deformatibus accidentibus resurgere debeant, quod probant ex D. Augustino in Enchirid. cap. 92. sic dicentem de hoc puncto. Quicumque vero ab illa perditionis massa, quae facta est per hominem primum, non liberantur, utrum vero ipsi cum vitiis, & deformatibus suorum corporum resurgant, quicumque in eis vitiosa, & deformia membra gestantur, inquirendo laborare non est opus; neque enim fatigare nos debet in terra eorum habitudo, vel pulchritudo, quorum erit, certa, & sempiterna damnatio; ergo per Augustinum hoc est incertum, & ita etiam dixerit lib. 3. de Trin. ca. 20. Verum in D. Bonavent. e. q. 2. postquam q. 1. voluit, quod in electorum corporibus nulla profertur deformatas, nec substantialis, nec accidentalis, sicut in q. 2. asserit loquendo de deformatas accidentali, quod corpora reproborum, quae hic deformatas fuerint, sic etiam in resurrectione deformatas erunt, nisi divina iustitia sic iubeat, & inquit, quod Augustinus in Enchirid. istam questionem dimittit insolutam, quasi non sit magis utilitatis, utram cum assignat rationem, quare circa hoc non debet laborari, determinationem questionis innotuit, dum enim dicit, quod nos molitare non debet inquisitio circa pulchritudinem, ubi est certitudo circa damnationem, si enim ad hoc resurgant, ut damnetur, non ut melioris, sed peioris sit conditionis, manifeste apparet, quod non dabitur eis pulchritudo, quam non habuerunt, nec auferetur deformatas, quam habuerunt; unde Deus quantum ad eos est purus reformatas, quia secundum eandem formam reformatas, quam eis natura dedit in generatione primaria, in qua reformatione apparet Dei sapientia, & iustitia. Sapientia, quia scit eodem omnino modo reparare, sicut ante factis iustitia, ut sicut qui meruit in corpore pulchro, remuneratur in eius pulchritudine sic in turpi peccati, in eius turpitudine cruciari debet, non debet auferri, sed potius firmari iustitia in hoc puncto dicitur Seraaphus Doctor l. c. ubi solvit rationes pro opinione opposita, cui D. Thomas adherere videtur in expositione Symboli c. 14. ubi ait, quod omnes homines boni, & mali resurgunt cum omni integritate, quae ad perfectionem hominis pertinet, non enim erit ibi caecus, vel claudus, vel aliquid defectus.

60 Quarto quaeritur, an omnia corpora resurgant incorrupta

pitibilia, & quomodo. Certum est, de fide jam determinatum in Concilio Toletano 6. c. 1. & habetur lib. 4. Constit. Apostol. cap. 6. quod omnia humana corpora resurgunt incorrupta, id est integra, & incorruptibilia, & expressè colligitur ex 1. Corint. 15. vers. 42. Seminatur corpus in corruptione, surgit in incorruptione, ubi Glossa Ordin. ait, quod omnes communitur incorrupti resurgunt, & vers. 51. Carer enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & vers. 53. Operiet enim incorruptibilia hoc induere incorruptionem, & mortui hoc induere immortalitatem, ubi Glossa Ordin. ait, quod non erit corruptio, & mortalitas, & hoc non ad tempus tantum, & Interlin. ait, quod talis erit corporis humani immortalitas, ut iam non ultra moriatur, & dissolvatur; & Lyranus exponit ibidem, quod naturam humanam oportet resurgere incorruptibilem, quod hoc erit omnibus commune; quod etiam ratio ipsa suadet ex capite aeternitatis desumpta, siquidem resurrectio omnium generalis erit in ostensionem divinae iustitiae, ut dictum est quae praeced. art. 3. & corpora omnia resurgunt, vel ad praemium aeternum, vel poenam aeternam, consequendas ergo immortalitas, & incorruptibilitas resurgere debent, quia in aeternum durare non possent. Quare solum examinandum restat unde prius hae incorruptibilitas, quam Patres passim testantur, quos Brancatus nosse copiose refert disp. 7. art. 1. an scilicet, ex sola Dei extrinseca conseruatione, an vero extrinseca aliqua qualitate, vel ex impedimento agentis contrarij. Quam difficultatem Brancatus ibidem artic. 2. optinè resolvit iuxta mentem Doctoris, quod scilicet, una causa proxima intrinseca incorruptibilitatis est spiritualitas corporis resurgentis, ut enim constat ex mox dicendis in sequenti quaevis corpus resurgit spirituale, non quia sit futurum spirituale substantia sicut Angelus, sed quia modo spirituali vivit ex sola animae informatione, nec alimentis eget, & sicut in hac vita mortaliter ergo hae erit una causa proxima, & intrinseca incorruptibilitatis eius, quia una ex causis, ob quas nec corpus deficit, & moritur, est quia alimentis deficit, nec reparatur per ea quantum per continuam actionem calidi in hantidum, & contra deperditur. Altera vero, quae est extrinseca causa interna, & externae incorruptibilitatis corporum resurgentium (praesumendo ad deo corpus gloriosum) erit externa Dei protectio externa, internaque causas impediens, ne in illa agent corruptive, vel eis addita qualitate resistente. Ita Scotus 4. d. 49. q. 13. §. Dicit ergo, ubi ait, quod causa incorruptibilitatis, & impassibilitatis corporis gloriosi post resurrectionem est voluntas divina non coegens causas secundae corruptivae, quod probat Brancat. loc. cit. ex D. Aug. epist. 146. exemplum puerorum, quos Deus servavit illatos in fornace Babilonica, vel sciendo carnem non posse corrumpi, vel ignem non posse corrumpere ut ibi ait D. Aug. ergo altero ex his modis credendum est corpora resurgentium fieri incorruptibilia, nimirum vel per ablationem vigoris agentis contrarij, & denegationem concursus eius, vel per additionem vigoris contrarij in ipsis corporibus. Probat hoc etiam alio exemplo ex eodem August. lib. 1. de pecc. mort. & resimil. cap. 2. quia sicut ex figurata Dei assentibus, & protectione vestimenta filiorum Israel artrita non sunt quadraginta annis per desertum ut Deuter. 29. habetur, Deo supra id operante, quod illorum natura portabat tunc illo tempore, & conservante, ut ibi ait August. magis idem dicendum erit de preservatione corporum resurgentium, quae vel ad praemium, vel ad supplicium in aeternum durare debent, ut fides docet.

61 Dices, corpora damnatorum futura passibilia, nec Deum impedimentum esse actionem ignis gehennae in illa specialis; ergo est difficultas, quomodo semper incorrupta manebunt alterationis tamen, & passionis obnoxia. Sed de hac difficultate jam tractavimus disp. 26. praeced. quae. 1. art. 1. an, & quomodo ignis post iudicium cruciabit corpora damnatorum, ubi diximus cum Scoto 4. d. 42. q. 3. vers. Quare in die non esse omnino certum, an ignis tam actione reali, quam intentionali cruciabit damnatos, vel intentionali, tantum, quomodo scilicet solvatur profusa difficultas, & salvetur corporum illorum incorruptibilitas. Ad idem tamen addimus tenendum esse ignem infernale actione reali, & executive damnatorum corpora calcificare, & igoere, & dolorem intentionem iuxta peccatorum gravitatem, & quantitatem ethere; & nihilominus Deum illa conservare, & non consumi, ut ibi diximus, D. Bonavent. 4. d. 44. part. 2. art. 3. quae. 1. quibus ostendit possibile esse aliquid igne ardere, & tamen non deherere, nec consumi, & inde tandem deducit rationem huiusmodi, quod hoc provenit ex parte agentis, & ex parte patientis; ubi enim igni data est virtus ad inflammandum, non ad consumendum, & corpori data est natura passibilis ad patiendum, non ad deficitendum, & brevis inquit Bassolus d. 44. quae. 2. in fine ita provenire a Deo.

Deo, quia licet velit infligere ad ealem passionem, vel immutationem realem, & intentionalem ab igne, non tamen vult infligere ad corruptionem substantiae, sed vult ipsam perpetuari in tormentis; & ita etiam dicitur in hoc puncto Suarez 3. part. 2. disp. 50. cit. sec. 5. in fine, ubi prouideat actionem illam ignis inferni in corpora damnatorum non esse omnino naturalem, quia hae esse nequit, nisi media cal. fatione, unte nec majorem dolorem inferre potest, quam possit ex intensa selectione provenire, hae autem passio damnatorum multo acerbior erit; idem quia naturali actione ignis ex quo agit in corpora sibi quae propinqua, & eodem modo naturaliter disposita; ille autem ignis inaequaliter agit in corpora, non iuxta naturae proportionem, sed meritum, ut dictum est; unde concludit, quod non ager actione merè naturali, sed ut instrumentum Dei ad eius iustitiam exequantem, & idco agere poterit actione, quae vere, & realiter corpora cruciat, non tamen illa corrumpit.

62 Quinto tandem quaeritur, an corpora resurgentium erunt spiritualia, & quomodo. Et quidem corpora omnia tam electorum, quam reproborum non animalia, sed spiritualia resurrexerunt, & Doctorum communis sententia, & de fide ut constat ex 1. Corint. 15. Seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale, unde Augustinus lib. 6. Genes. ad lit. cap. 19. & 20. dicit corpus humanum formatum esse animale, & in melius reformandum esse post resurrectionem, quia fiet spirituale, & sic passim loquuntur alij Patres. Quare solum declarandum restat, in quo hae ratio spiritualitatis consistat, quod etiam bene declarat Brancatus nosse disp. 7. cit. ar. 3. quod scilicet, corpus resurgens spirituale dicitur, non quia concurrendum sit in spiritu, sed spiritum substantiam, est enim de fide corpus humanum post resurrectionem futurum esse corporeum, & palpabile contra haereticum Eutychium, quid dicitur carnem humanam futuram invisibilem, & impassibilem post resurrectionem, sed spirituale dicitur, quia cibo non indigebit, & sic a solo spiritu, nempe anima vivificabitur, & etiam quia spiritus totaliter subditur; unde Glossa Ordin. in locum adductum 1. Corint. 15. Seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale ait, resurgit spirituale, non dicitur spiritus, ut corpus vegetatur in spiritu, ut quidam putant, unde Dominus dixit, palpat, & videt, quia spiritus carnis, & ossa non habet, sed spirituales; quia spiritus plene subditur, nec jam repugnavit, nec alimentis eget, sicut & homo ante peccatum egit. Ita Glossa ibidem, quod ad hae magis declarat D. August. loc. cit. cap. 24. dicens, quod in resurrectione renovabitur corpus humanum non in corpus animale, in quo fuit Adam, sed in melius; id est in corpus spirituale, ubi dicit, quod corrumpitur, non egebit; & idem confirmat lib. 13. de Civit. Dei cap. 20. ubi ait, quod corpus humanum, in resurrectione non solum non erit tale, quale nunc est in quavis optima valeat, sed nec tale quidem, quale fuit in primis hominibus ante peccatum, qui sicut morturi non essent nisi peccasset, alimentis tamen, ut homines utebantur, nondum spirituales, sed adhuc animalia corpora terrena gestantes, &c. Et tandem ita etiam dicitur D. Ambrosius in 1. Corint. cap. 15. cit. Seminatur inquit, corpus animale, surgit corpus spirituale, corpus est illud, quod sustentatur, ut vivat, spirituale autem, cum nihil horum indigebit conversum in vitam: Ex quibus Patrum testimonij satis constat, quod spiritualitas corporis, quod resurgit, in hoc consistit, & quia alimentis non eget, quia totaliter spiritus, scilicet, animae subditur, & patet.

ARTICULUS TERTIUS.

De Circumstantiis Resurrectionis, scilicet, loco, & tempore.

63 PRIMUM quaeritur, in quo loco fiet mortuorum resurrectio. Prima sententia docet in unum locum iudicii primum congregandos ab Angelis omnium hominum cineres, universamque materiam ex qua corpora illa formanda sunt, ut ibi ad vocem, imperiumque Christi resurgant universi, qui locus iuxta communem Scholasticorum sententiam in 4. distinct. 43. est in vallibus Josaphat. Cuius dicendi modi praecipuum fundamentum est visio Ezech. cap. 37. ubi ait, Pallas super manus Domini, & eduxit me in spiritum, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus; & circumduxit me per ea, &c. & dicitur, ossa arida audire verbum Domini, qui ita facit; & resurrexerunt corpora illi; hae autem, & ex communi Patrum consensu futurae resurrectionis figura fuit ergo prius cineres, & partes omnes ministerio Angelorum in campum, sed locum, in quo iudicium fiet, adduci debent, & postea virtute divina corpora formabuntur, & vivificabuntur, quam opinionem Soto ample-

ctur 4. d. 43. q. 2. art. 5. tamquam faciliorem, & compendiosorem, Altera sententia asserit, quod corporum resuscitatio faciendi sit, ubi sepulta jacent, sed in eisdem locis, in quibus mortuorum cineres reperiantur, vel major eorum pars, quae fuit Ricardi opinio 4. dist. 43. art. 5. quae. 3. quam ut probabilior sequitur Suarez disp. 50. cit. sec. 7. & Brancatus nosse disp. 6. art. 5. quod deducunt ex pluribus Scripturae locis in quibus dicuntur mortui evocandi ea suis sepulchris, ut Joan. 5. Omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitam, qui vera mala egerunt in resurrectionem iudicium, imò idem habetur in cap. 17. Ezechiel. pro opposita sententia Apertam simulat, & eduxit vocem sepulchris vestris; ergo videtur hic ordo servandus in mortuorum resurrectione, ut audita voce filij Dei, surgat mortui, & veniat ad iudicium, collectis cineribus, seu eorum partibus ministerio Angelorum, ita in posse divina virtute, & ibidem reformanda sint, & vivificanda corpora, quae postea ad locum iudicii procedent per Angelos transportata, ut superius diximus. Confirmant etiam hanc sententiam exempla omnium, qui habitus resurrexerunt, Christi Domini, & eorum, qui cum resurrexerunt, omnes enim de sepulchris suis exierunt, ut patet Matth. 27. & 28. eisdem credimus de B. Virgine, & de Lazaro legitur in Evangelio, quod Christus Dominus cum suscitavit sepulchro dicens, Lazaro veni foras; cum ergo ad instar Lazari resurrectionem nostram omnium sit futura, ut ait Gregor. Nilivus de hominis opific. cap. 35. consequens est, ut de loco ipso, in quo cineres, seu partes corporum resident resurgant. Quae idem constat ex pluribus Patrum testimonij, nam de Apollolis Petro, & Paulo expressè dicit Chrysof. homil. 32. in epist. ad Roman. resurrexerunt Romae sepulchris suis, cuius verba refert Suarez loco citat. ita etiam dicitur D. Ambrosius in cap. 20. Apocal. ubi declarat illud Jo. Omnes qui in monumentis sunt, inquit, quod ad imperium Domini de monumentis suis procedent mortui, quia corpora omnium mortuorum pro receptione animarum vivificata de sepulchris suis exierunt; & plura alia Patrum testimonia videri possunt apud Brancatum loco citat. Sed quia huius dubij solutio ex Sacra Scriptura explicitè colligi nequit, Scitus d. 43. citat quae. 1. §. De Tertio sublit. M. problematice procedit dicens, quod mortui transferentur ad locum, in quo fiet iudicium, vel post resurrectionem completam, vel ante per translationem pulverum collectorum, utrumque enim est possibile Deo vel ut resuscitentur in diversis locis, forte ubi sepeliebantur, vel ut pulveres de singulis locis colligantur ad locum unum, ubi debent post resurrectionem omnes ad iudicium convenire, & in illo loco fiet omnium resurrectio, ubi etiam notat nomine cinerum intelligi debere, vel pulveres, in quas resoluta sunt corpora, vel partes omnes, quae adhuc integre perseverant sub propria forma, ut illa v. gr. vel sub alia in alio mixto; quare vera, & absoluta solutio questionis huius est, resurrectionem corporum ibi esse faciendam, ubi Deus sua admirabili providentia disposuerit.

64 Secundò quaeritur, an omnes simul resurgant, tam scilicet iusti, quam damnati in eodem extremo iudicii die. Circa tempus resurrectionis fuit antiquus error Chilistiarum, quem Cerinthiani amplexi sunt, & Marcionistae, & Anabaptistae sequuntur, ut refert Lindanus de haereticis nostris temporis, qui dixerunt Christum mille annis ante iudicium in hunc mundum descensurum, & omnes iustos suscitaturum ad vitam corporalem, & animale, ut una cum eis mille annis in terra regnet in summa pace, voluptate, & rerum omnium ad deliciarum affluentiam etiam illarum, quae ventri, & veneri deserviunt, qui proinde dicitur est Millenariorum error, & haereticus eius erroris praecipuum fundamentum fuit, obitus locus Apocal. 20. ubi dicitur resurrectiones innotuit, prima electorum praecedens aliam damnatorum per annos mille suis verbis, Qui con dormierunt beati neque imaginati erunt vivonant, & regnabunt cum Christo mille annis, caeteri mortuorum non vivonant, donec consummentur mille anni, hae est resurrectio prima, Beatus & Sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, his secunda mortui habent partem, sed erunt Sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum eo mille annis, & tunc consummati fuerint mille anni, tunc solvetur Sathanas de carcere suo, & exibit, & seductos gentes, quibus postea describitur iudicium generale futuam post illos mille annos, qui locus adeo predicto errori aperte favere videtur, ut ob hanc causam multi jam pridem librum Apocal. rejecerint, ut apocryphum, & a Cerintho scriptum ut Eusebius refert lib. 7. cap. 19. Veritas tamen Catholica docet, omnes homines tam electos, quam reprobos, & damnatos in eodem extremo iudicii die simul resurrexuros esse, & dimissis aliis erroribus, quae involvit predicta Millenariorum opinio, contra fidei principia, quod scilicet, post resurrectionem in illo regno millenario, nec gloriam animae, nec cor-

pois

